

nunc inuenirent exactos in commune, set de his qui exigentur non possint ipsos expendere in alijs negocijs, quam portus, modo aliquo seu forma. 12

## 4

Περὶ συντηρήσεως τοῦ λιμένος Χάνδακος καὶ κατασκευῆς κυματοθραύστου. Ἀποφασίζεται ἡ ἐκβάθυνσις καὶ ἀπαγορεύεται ἡ κατασκευὴ κυματοθραύστου ἄνευ εἰδικῆς ἐντολῆς. 1357, Ιουνίου 26.

F<sup>o</sup> 7<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LVII, die xxvi Junij. 1

Capta. Quia pro conseruatione portus Crete periculosum esset facere molum apud mamonam, sicut scribit ser Uictor Triuisano consiliarius Crete et bonum sit super hoc de remedio congruo uelociter prouidere; uadit pars quod mandetur nobili uiro ser Philipo Aurio ituro duche Crete et consiliarijs suis et sic eorum successoribus quod in fieri fatiendo molum predictum nullam fatiant, modo aliquo nouitatem, sine nostro mandato speciali set cum omni solicitudine et uigili cura continue intendi fatiant ad cauari fatiendum dictum portum cum pontonis cum xx hominibus pro quolibet pontono, uel pluribus si eis uidebitur, ne portus arena uel alijs immunditijs impleantur, et ad fortificari fatiendum capud moli, quam plus poterunt. Uerum si duche et consiliarijs predictis uel maiori parti uideretur melius pro portu aperire pontes uel ipsos claudere cum pallis uel bampadoris tunc uisa experientia et meliori modo teneant illum modum qui eis uel eorum maiori parti uidebitur. 10

Ser Uidus Triuixanus ser Petrus Baduario capita quadraginta volunt partem sapientum per totum, set quod remaneat in libertate duche et consiliariorum Crete et consilio rogatorum deinde uel maioris partis fatiendi usque decem passus moli a parte castri, sicut eis utilius uidebitur, pro bono portus, et expense fiant de datijs deinde impositis pro hoc. 16.—Non sinceri 5—de non 6. 19

## 5

Οἱ συλλαμβανόμενοι ἐν Κρήτῃ Τοῦρχοι δὲν δύνανται νὰ παραμείνωσιν ἐν τῇ νήσῳ, ἐν τούτοις ὅπως περιορισθῶσιν αἱ δαπάναι τῆς ἐκβαθύνσεως τοῦ λιμένος δύνανται αἱ ἀρχαὶ νὰ κρατῶσι τόσους, ὅσους ἥθελον κρίνῃ ἀναγκαίους πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦτον, ὑπὸ τὸν ὅρον νὰ φρουρῶσιν αὐτούς, ὅπως μὴ δραπετεύωσι. 1357, Ιουνίου 26.

F<sup>o</sup> 7<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LVII, die xxvi Junij. 1

Capta. Quia per ordines nostros ducha et consiliarij Crete non possunt retinere in insula Crete aliquem turcorum quos capiunt et bonum et utile sit pro diminuendo maximas expensas, que fiunt continue in cauando portum, habere de ipsis in ea quantitate que necessaria uideantur; uadit pars quod scribatur et mandetur predictis duche et consiliarijs Crete et suis successoribus quod de 5

